IN NUPTIAS SPONSORUM FLORENTISSIMORUM

DANIELIS, & FELICITATIS:

Amplissimorum & Prudentissimorum Virorum,

GEORGII Plancken / & EGIDII Kimmerln /

Reipubl. Lipsiensis & Noribergensis SENATORUM
& Mercatorum Primariorum, F. F.

IV. Non. Novembr. Noribergæ celebrandas.

IPSE Tertius obvolutus anni
Se nunc circulus ivit expeditum;
Quando Meq; Meamq; Liberosq;
Fidelesq; meos; domum universam;
Nymphe NORIDIS hospites habebat.
Quid dicam? Numeri Catulliani,
Quot sunt cunq;; sit alterumq; tantum,
Tertiumq; adeò; sat universi
Non illi mihi sint, ut incolarum
In nos prolubium prothymiasq;,
Profusamq; animi benignitatem
Suo pro merito explicare possim.
Salve, VRBS Vrbium, & omnium (anné & Orbis?)
NORIBERGA Minerva Civitatum.
NUNC eò vocor. ô volare possem!
Pleno remige pennipes per auras
Tranarem, & veteres in Vrbe carâ
Hospites novus hospes excitarem.
Sed nec ire, nec hinc volare possum:
Sic me VIS tenet undiquaq; MAIOR.
PLANCKI, pulcher Ephebe Lipsicorum,
Res & SPONSA tua est. Profectus ito.
KIMMERLINGA Venus procatur istic
Martem tota suum. nec horret arma.
Armatus venias. parata tecum est
Collato pede congredi, quid? immò
Duello moritura præliari:
Sed quali moritur Venus duello.
PAR Fortuna; PARES amoris ignes;
PAR ætas; elementa NUPTIARUM,
NUPTIARUM alimenta, NUPTIARUM
Sunt fomenta. PARES in hoc triformi
Vos estis numero. Bene ergo vestris
Quî non sit quoque NUPTIIS, & illis
Quîs dixit bene TRINITAS, & usque
Quîs dicet bene? Nil meo relictum est
Aut voto aut numeris; nisi hoc: ut, orbis
Qvum se TERTIUS expedivit anni,
Ex uno Patre DANIELE cernat
Se FELICULA tertiùm renatam.

Frid. Taubmannus, Francus,
Professor VViteberg. & Collegij sui DECANUS.

LIPSIÆ
Imprimebant hæredes MICHAELIS LANTZEN-BERGERI.

Anno M. DC. XII.

IN NUPTIAS SPONSORUM FLORENTISSIMORUM

DANIELIS, & FELICITATIS:

Amplissimorum & Prudentissimorum Virorum,

GEORGII Plancken / & E [illegible] erln /

Reipubl. Lipsiensis & Noriberge [illegible] M

& Mercatorum Primariorum [illegible]

IV. Non. Novembr. Noribergæ c [illegible]

IPSE Tertius obvolutus anni
Se nunc circulus ivit expeditum;
Quando Meq; Meamq; Liberosq;
Fidelesq; meos; domum universam;
Nymphe NORIDIS hospites habebat.
Quid dicam? Numeri Catulliani,
Quot sunt cunq; ; sit alterumq; tantum,
Tertiumq; adeò; sat universi
Non illi mihi sint, ut incolarum
In nos prolubium prothymiasq;,
Profusamq; animi benignitatem
Suo pro merito explicare possim.
Salve, VRBS Vrbium, & omnium (anné & Orbis?)
NORIBERGA Minerva Civitatum.
NUNC eò vocor. ô volare possem!
Pleno remige pennipes per auras
Tranarem, & veteres in Vrbe carâ
Hospites novus hospes excitarem.
Sed nec ire, nec hinc volare possum:
Sic me VIS tenet undiquaq; MAIOR.
PLANCKI, pulcher Ephebe Lipsicorum,
Res & SPONSA tua est. Profectus ito.

K [illegible] *procatur istîc*
A [illegible] *rret arma.*
A [illegible] *um est*
Co [illegible] *immò*
D [illegible]
Se [illegible] *llo.*
[illegible] *s amoris ignes;*
P [illegible] *TIARUM,*
N [illegible] *NUPTIARUM*
Su [illegible] *oc triformi*
V [illegible] *vestrix*
Q [illegible] *IIS, & illis*
Q [illegible] *s, & usque*
Q [illegible] *elictum est*
A [illegible] *hoc: ut, orbis*
C [illegible] *vit anni,*
E [illegible] *cernat*
S [illegible] *atam.*

[illegible] nnus, Francus,
[illegible] iteberg. & Colle-
[illegible] ANUS.

LIPSIÆ
Imprimebant hæredes MICHAELIS LANTZENBERGERI.

Anno M. DC. XII.